



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnia huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

LXXV. Quis, qualisque Cultus religionis debetur Sanctis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

A D III. Deus nouit; at non solus: sed & iij, quibus reticlat per infallibilem Sp. Sancti assentiam: quæ Papæ & Ecclesiæ præstò est.

A D IV. Leo III. publicum canonicum cœpit quoad solennitatem accidentalem, non quoad rem ipsam. Hac usus Ecclesiæ cœpit, tenuitque. *Bellar.* cap. 8.

A D V. At damnatos unde constituit? Cōstiterit postea; at nō fuerant canonizati vñquā. Dein: Coluerit quendā vulgus errorefacti; at non intentionis. Nec vulgus locale præualet Ecclesiæ vniuersitali.

A D VI. Scopus canonismi est & veneratio, non solum imitatio; patebit infra. Et impiorum recensio sit in eorum detestationem.

Q V A E S T I O LXXV.

Quis, qualisque Cultus religionis debetur Sanctus?

LUTHERANI Magdeburgenses Cent. 1. l. 2. c. 4. fol. 340. dicunt: *Omnis Sanctorum adoratio est incolatria.* Siepletique ceteri cum velata conuocatatione.

C A V L I N U S *Instit.* l. 1. c. 11. §. 11. & c. 12. §. 1. 2. &c. nullum penitus Cultum patitur seu Angelis, sine aliis Sanctis deferti. Quod duplēcū constituat Honorem, Diuinum, seu Religiosum, ut sibi Deo; & Ciuilem, qui creaturæ cuiuscunq; exhibetur. Porro delectevit, id est, seruire plus esse vult, quam laetevit, id est, colere: ac proinde Colere vñlum sine latræ, esse colere sine Cultu; quod negari est. &c.

A V T O R. Plurima talia spuria vitulamina falce curta rescindam.

I. Cultus interior, exteriorue, cum triplicis existimatione Excellentiae fertur: 1. Vel DIVINÆ ac infinitæ; & Hic

dicitur Latræ. 2. Vel HUMANÆ; & est Observantia; 3. Vel MEDIÆ; & est Dulia. Ex quo liquet realem, non duntaxat verbalem, ut Caluino placet, differentiam esse Latræ ab Dulia. Differunt autem ut finitum & Infinitum. Itaque infinites Latræ Dei superat Duliam Sanctorum.

H. Quare soli Deo latræ; Sanctis in coelo beatis dulie cultus debetur. 1. Sic Abraham, *Gen. 18.* Loth, *Gen. 9.* Balaam, *Num. 22.* Iosue, cap. 5. adorauit pronus in terram Angelum: Quod non erat ciuilter, sed religiosè adorare, ut quis homine altiore Dei ministrum. 2. Sic adorati sunt Sancti. Saul, *1. Reg. 18.* animam Samuelis adorauit; quem ideo nec Samuel, nec Scriptura reprehendit. Ita Abdias adorat Heliam, *3. Reg. 18.* et si minorem maior. Sic filii prophetarum, *4. Reg. 2.* audito spiritum Eliæ requieuisse super Heliam, adorauerunt eum proni in terram. Sic, *Dan. 2.* Nabuchodonosor secum captiuum adorauit Danieliem, ob intrinsecam sanctitatem eius. Ita SS. Patres. &c.

III. Quod prohibiti quidam sunt ab adoratione; error in caula fuit. Ut Cornelius in Petro quid Diuinum inesse putabat: *Sic, Act. 14.* Licaones in Paulo & Barnabo: *Apoc. 1.* Ioannes in Angelo, ait Aug. quest. 61. in Gen. putauerit apparere Christum; cum dixisset: *Ego sum primus & nouissimus; sui mortuus, & ecce sum vivens.*

S. Patres autem reprehendunt eos, qui ex hominibus Deos faciebant. Nos vero, ait S. Cyrillus Alexand. l. 6. in Iulianum: *non Deos factos esse dictimus Sanctos Martyres; sed omni honore dignari consuevimus.*

uimus. Damasc. l. 4. de fide c. 16. Honorare decet Sanctos, ut Amicos Christi, ut filios Dei & heredes.

IV. Atque inde factum, ut Dulia Sanctorum templis, aris, festis, votis, imaginibus, peregrinationibus omnia orbis Christiani loca complevit. Non sic Ciuilis & humana Observantia coluit Papas, Imperatores, Reges, &c. Non.

Recte id quidē. Quia si ciuilis honor ciuili debetur virtuti, ut sapientiae, potestiae, nobilitati: sanè altiorem deberi gratię supernaturali Sanctorum necesse est; qui, ut mundi corde Deum intuentur, & ternamque sapientiam contemplantur, non in ænigmate; sed sicut ipsi cogniti sunt. Qui Dei potentiae participes facti. Vnde Apoc. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere in throno meo. Itemque nobilitatis diuinæ consortes; Vnde de ijs, Luc. 22. Ego dispono vobis, sicut dispositi mihi Pater meus regnum.

Q V A E S T I O LXXVI.

Inuocatio Sanctorum quatenus illicita, licitaque sit?

LVTHERANI perinde ut CALVINIANI tria, iam olim condemnata sepius, renouant. 1. Mortuos pro viuis orare non constat è Scriptura. 2. Orare forsitan vniuersum pro Ecclesia; non singulatum pro quam. 3. Inuocari Inutiliter, & Illiciter. Vide in Genealog. q. 21.

SVADENT istis. 1. Inuocatio Sanctorum cedit in iniuriam Dei; qui solus vult inuocari. Matth. 4. 2. In iniuriam Christi, qui solus Mediator est ad Deum, 1. Tim. 2. Eph. 2. 3. Quia est inutilis, cum nec preces audiant, nec nostra cognoscant. 4. Est signum dissidentiae in Deum tam audire paratu, ut, Hebr. 4. Cum fiducia ad eum accedamus. 5. Christus nos docuit inuocare Patrem. 6.

Nullum extat Scripturae exemplum aut mandatum de inuocandis sanctis. 7. Primitiva Ecclesia non usurpauit eam inuocationem.

A V T O R. Liquida distinctio litem dirimit; ubi obsecratrix abest peruidacia.

I. N E F A S est petere gratiam & gloriam à Sanctis, tanquam auctoribus. Ergo solum ut ab Amicis Dei Intercessoribus. Ita Scriptura, Vetus Ecclesiæ, S. Patres, & Ratio.

II. N E F A S sentire est, Sanctos immediatos ad Deum Mediatores esse; cū per Christum duntaxat petita impetrēt. Ita Scriptura, Patres, Vetus Ecclesiæ apud Bell. l. 1. de Sanctis c. 16. 17.

III. Sancti orant pro nobis in generale, vniuersim. Ioan. 15. Dixit Dominus: Si steterit Moyses & Samuel cor à me, non est anima mea ad populum istum. Ergo poterant orare, et si mortui. Dein Iudas, 2. Machab. ult. vidit Oniam & Ietemiam, dudum mortuos, multum orare pro populo.

CALVINVS negat eum librum esse Canonicum.

AT Concil. Carthag. III. eum pro canonico agnouit: Et illud CALVINVS contra Inuocationem Sanctorum allegat. Cetera vide in Antichristo part. 1. quest. 22.

IV. Sancti orant pro nobis etiam singulis: Quia Angeli pro singulis orant, satagunt, præsunt Tob. 12. Zach. 1. Dan. 10. Psal. 90. Matth. 18. Apoc. 8. Ergo & Sancti. Nam erimus similes Angelis. Apocal. 2. Qui vicerit, dabo ei potestatem super gentes. Exempla apparationum id docent apud Bellarminum, libr. 1. de Sanctis cap. 18.

Q V A E S T I O

V. An-

